Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



91

ita et tu videbis Numquid sic dies hominis
dies tui et anni tui sicut humana sint tempora
ut quaeras iniquitates meas et peccata mea
scrutaris et scias quia nihil impium fe-
cerim cum sit nemo qui de manu tua possit
eruere Ps. Manus tuae Domine fecerunt
me et plasmaverunt me totum ego
aut ipse natus de muliere brevi vivens
tempore plenum miseriis sicut fenum in conspectu tuo
Et ne venaris iudicare noli me condem-
nare ne gaudeat inimicus meus super me Misere
Manus tuae Domine fecerunt Lectio tertia
me et plasmaverunt me totum in cir-
cuitu et sic repente proiecisti me Recor-
dare quaeso quia sicut lutum fecisti me et in pul-
verem reducis me Nonne sicut lac mulsisti
me et sicut caseum me coagulasti pelle et
carne vestisti me ossibus et nervis com-
pegisti me Vitam et misericordiam tribuisti mihi
et visitatio tua custodivit spiritum meum
Ps. Memento quaeso Domine quia sicut lutum fe-
cisti me et in pulverem reducis me
Nonne sicut lac mulsisti me et sicut case-
um me coagulasti pelle et carne
vestisti me ossibus et nervis compegisti
me Vitam et misericordiam tribuisti mihi et vi-
sitatio tua custodivit spiritum meum Nonne
Responde mihi quantas Lectio quarta
habeo iniquitates et peccata scelera
mea et delicta ostende mihi Cur
faciem tuam abscondis et arbitraris me
inimicum tuum Contra folium quod a vento
rapitur ostendis potentiam tuam et stipu-
lam siccam persequeris Gravibus enim me